



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xxxiiii. De purgatione canonica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

de apo. interpositis, queis ab omnibus defertor.
 Quod ad cæteras ecclesias spectat, priuilegiū ^{1. Episcopi}
 sedis episcopalis non nisi maioribus, & populo- ^{palsis.}
 sis ciuitatibus tribuitor.

Parisiis, quamuis populose ciuitati, vicinisve ^{28. Super}
 locis in priuilegium & fauorem sacrarum lite- ^{specula.}
 rarum ne quis ius ciuile docere, vel audire præ-
 sumito. qui secus faxit à causarum patrociniis
 excluditor, per episcopum excommunicator.

Alioquin priuilegia laicorū in iudiciis eccle- ^{2. Sicut.}
 sia ne turbato. Illis tamē ecclesiæ præiudicāti-
 bus moderatè resistito, violētōsque coherceto.

Econtra priuilegio clericali insigniti, qui sine ^{27. Ex}
 habitu, & tonsura, laico more viuentes in deli- ^{parte. iii.}
 cto comprehensi erunt, si à laico iudice punian-
 tur, ecclesia equanimiter tolerato.

De purgatione canonica. Tit. 34.

Episcopus parochianum suum infamatum ^{6. Nos in-}
 adcusatore & testibus deficientibus, nisi ab ^{ter.}
 eo adpellabitur, ad purgationem cogito.

Talis diffamatus adcusatorem non habens ter ^{2. Si quis}
 tiō ab episcopo canonicè monitus si non emen ^{presbyter.}
 dabit: ab officio, donec condignè satisfaxit, su-
 spenditor.

Ingenuus seu nobilis in synodo diffamatus si ^{1. Nobilis}
 crimen negabit, & fidelis erit: duodecima inge-
 nuorū manu purgator. Sin antea in crimine de-
 pressus fuit: olli tanquam non ingenuo purga-
 tio indicitor.

Sed & episcopus, si de crimine infamabitur, cō ^{5. Quoties}
 uinci autē non possiet, purgare se certa hominū
 sui ordinis, & abbatum compurgatorum manu

cogitor. Purgatio autem huiusmodi esto. Ipse se non fecisse, purgatores verò se existimare hunc verum dicere iuranto.

12. *Cū in
iuentute* Si tamen infamia non ex probabilibus coniecturis ortum habebit: non nisi volenti & requirenti indicitor.
14. *Accedens.* Deniq; super defectu quoque natalium infamatus, antequam ad sacros promouetur, purgator.
3. *Moniales.* Quid quod & moniales, si libidinis adculentur, & conuinci non possint, canonicè purgantur.
4. *Si quis de gradu.* Si clericus alienę sponsę raptui sese consensisse prodiderit: ab officio repellitor. Sin tantum suspitione laborabit: canonicè purgator.
15. *Cum dilectis.* Nam ita demum si notorium crimen non erit purgatio indicitor. sin erit: condēnatio promulgator. Porrò quandiu coram delegato summi Pont. super aliquo crimine causa pendebit, ordinarius purgationem ne iniungito. Si recepta erit: ne valeto.
10. *Inter sollicitudines.* Per eundem autem ordinarium diffamatus de maximo crimine, donec se purgarit, nedum ab officio, sed & à beneficio suspendi valeto. Ob id ipsum numerus compurgatorum augetur. & quamuis legitima purgatio præstita erit, nihilominus donec scandalum sopiatur purgatus ab officio abstineto, Sin in purgatione succubuerit: officio & beneficio exauthorat⁹ in arctū monasterium ad agendam pœnitentiã detruditor.
16. *Accipimus.* Quod in succumbente diximus ita temperator. Prælatus, exempli gratia, cui de criminibus

infamato indicta est purgatio, iurare se nunquam inlata crimina, maxumè lapsum carnis, admisisse ne cogitor. Sanè & iuramētum huiusmodi quod ab his criminibus immunis fiet, etiam si præstare volet, ne recipitor. sed, quod ea crimina post promotionem suam non patrasit, iurato.

Compurgatores autem, vt diximus, de credulitate tantum iurare tenentor. 13. *Detestibus.*

Hi fide digni adsumuntor, purgandum noscuntor, per iudicem ne deterrentor, vel deterri permittuntor. deficiens in purgatione, vt sepe dictum est, officio beneficio priuator. 7. *Cū P.*

Itaque qui quempiam purgaturi sunt personæ vicinæ & honestæ suntor. 11. *Cum dilectis.*

Quod de purgatorum fide dictum est ita extenditur. Si ab ecclesia tolerantur, & in suis ordinibus ministrantes bonæ famæ fient, nec in iudicio de crimine dānates fuerint: absque maiore indagine admittuntor. 9. *Constitutus.*

Porrò absolutio super purgatione vulgari facta ne teneto. Ea non obstāte adcusator, si prohibet, admittitor. quo non adparente canonica purgatio indicitor. 8. *Extusorum.*

De Purgatione vulgari. Tit. 35.

ITAQUE generaliter purgatio vulgaris seu ferri candentis, seu duelli, aut alia in ecclesia prohibetor. 1. *Cura.*
2. *Significantibus.*
3. *Dilectis.*